Illustris Vir,

Domine, et Patrone veneratande;

Ante has ipsas septimanas VIII. petitorias ad TE literas, cum cum aliquot meorum in C. Taciti Germaniam Commentariorum schedis, transmisi per Amicum: acceptas non spero tantum, sed indubitanter scio. Responsoriarum moram non imputo (sicut quae omnibus absoluta numeris propitia in viros bonos eruditos est) sed gravissimis, iisdemque concatenatis publicis negotiis adscribo.

Jam et partem reliquam, exceptis paucissimis nonnullis, quae finem partim, partim et initia operis spectant, ut eo certius de instituto meo arbitrari possis, Illustri Tuae submitto censurae.

Fac mihi quaeso, Summe Vir, hanc obtinendi copiam, aut si mihi denegas, fac orbi erudito tantum, cui informando datus a clementi Numine es, ut judicium, in hanc rem sperem tuum, atque, si mereor, encomium, prosa ligatave, quam proximi commentarii inscriptionem Tacitus ille eruditorum princeps tuo est adactus. et praefationem differre fieri Cum nolim sine Catone ac Platone Germaniae, Conringio, quicquam harum rerum publice vulgare.

Vale, Vir Illustris et fave

Celsissimo Tuo Nomini, semper

Witteb. d. 11 Jun. A°. 1664

devoto

Georgio Casp. Kirchmajero Eloq. P.P.

5 N 127 v

Summo et Illustri VIRO,
Domino HERMANNO CON-
RINGIO etc. etc. Patrono
et Fautori sancte venerando etc.

citò

Helmstadium